

# PROF. JUSTUS CHRISTOPH CELLARIUS

Fakultät	Theologische Fakultät
Geboren	1649 in Helmstedt
Gestorben	1689 in Wolfenbüttel
Kurzvita	Phil. Prof. d. Physik in Helmstedt (1673–1683); o. Prof. d. Theologie in Helmstedt (1683–1689); Konsistorialrat und Oberhofprediger in Wolfenbüttel (1685–1689);
Studium in Helmstedt	Immatrikulation in Helmstedt: Justus Cellarius Helmstadiensis (27.02.1658)
Ehefrauen	Anna M. Cellarius geborene Flühwerk (02.01.1656–14.06.1684), Heirat 1679
Quelle	Ahrens 2004, S. 49
GND	<a href="https://d-nb.info/gnd/124439055">https://d-nb.info/gnd/124439055</a>
Permalink	<a href="https://uni-helmstedt.hab.de/prof-40-cellarius">https://uni-helmstedt.hab.de/prof-40-cellarius</a>

## Lehrstühle

1673–1683 Lehrstuhl für Physik, Helmstedt

1683–1689 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

## Akademische Ämter

1680–1685: Universität Helmstedt, Bibliothekar

## Ämter

1685–1689: Wolfenbüttel, Konsistorialrat

1685–1689: Wolfenbüttel, Oberhofprediger

1686–1689: Wolfenbüttel, Generalsuperintendent

## Vorlesungen (46)

Jvstvs Cellarivs Praelectiones suas de Homine, quas cum initio currentis anni exorsus est, debita diligentia persequetur, progressurus brevi ad nobilissimama de Anima Humana doctrinam. [...] Docet hora Vta., Sommersemester 1674

[...] Domi in gratiam eorum, qui prima scientiae naturalis rudimenta percipere cupient, B. Parentis Tabulas Physicas succincte & dilucide interpretabitur. Subvibus utiliaarbitrabitur. Quod si etiam aderunt, qui de peculiari argumento publice disputare, iis operam praesidiumque suum lubens commodabit., Sommersemester 1674

Jvstvs Cellarivs expositis iis, quae de Anima rationali adhuc dicenda restant, Anthropologicas praelectiones brevi ad finem perducet, deinceps jucundissiam de Meteoris doctrinam publice propositurus. [...], Wintersemester 1674/1675

[...] In domestico auditorio, vel selectiora in S. literis occurrentia illustrabit, vel aliud curiosum suae

professioni consentaneum instituet. Nactus occasionem, de uno atque altero certo argumento publice disputabit., Wintersemester 1674/1675

Justus Cellarius, publicis praelectionibus admiranda ignitorum Meteororum phaenomena hactenus consideravit, progressurus jam ad aquea, statuosa & emphatica exponenda.[...] Docet hora V., Sommersemester 1675

[...] Domi si cognoverit, praesto futuros curiosos rerum naturalium aestimatores, de rarioribus doctrinis contemplationes instituet. Interea ne illis, qui primis Philosophiae naturalis fundamentis imbuendi sunt, desit, genuina Physices praecepta compendiosa methodo inculcabit, omnibus alias operam suam desiderantibus promptum se praebiturus., Sommersemester 1675

[...] Disputabit quoque de selectis argumentis Physicis, si Respondentes se obtulerint., Wintersemester 1675/1676

Jvstvs Cellarivs Meteorologicis praelectionibus propediem ad finem perductis, nobiliores in doctrina de Anima occurrentes controversias publice proponet. [...] Docet hora V., Wintersemester 1675/1676

[...] Domi abstrusam de Affectibus doctrinam ex genuinis Physices fontibus explanabit, istoque labore defunctus, Physicam Curiosam ex observationibus Illustris Societatis Regiae Anglicanae aliorum, qui integrae Philosophiae Naturalis succinctam cognitionem fundamentalem sibi parate cupiunt, singula scientiae istius capita denuo illustrabit. [...], Wintersemester 1675/1676

Jvstvs Cellarivs in enodandis insignioribus Controversiis de Anima Sensitiva & Rationali occurrentibus hac aestate occupabitur. [...] Docet hora V., Sommersemester 1676

[...] Domi in usum provectorum Physicam Curiosam ex praestantissimorum hujus seculi Philosophorum observationibus adornatam proponet, non defuturus etiam illorum commoditati, qui manuductionem suam in percipiendis solidis Scientiae Naturalis fundamentis desiderabunt., Sommersemester 1676

Jvstvs Cellarivs in expositione Systematis Physici Bechmanniani progredietur, cumque hactenus partem Generalem Scientiae naturalis ductu istius Operis absolverit, futuro semestri in parte Speciali explananda occupabitur. [...] Docet hora V., Sommersemester 1677

[...] Privatim si cognoscet adfuturos sufficienti numero Auditores, doctrinam de Generatione Hominis per Problemata curiosiora ex observationibus recentiorum adornata declarabit. Quod si praeterea quoque noni succinctam totius Philosophiae naturalis interpretationem desideraverint, nec illis suam manuductionem denegabit., Sommersemester 1677

[...] Privatim lectiones Physico sacras instituet, aliis praeterea Studisorum Juvenum desideriis non defuturus., Wintersemester 1677/1678

Jvstvs Cellarivs Interpretationem Systematis Physici Bechmanniani continuabit, & exposita Fossilium corporum natura, hoc semestri potissimum de Corporibus animatis disseret, universam simul de Anima dctrinam propositurus. [...] Docet hora V., Wintersemester 1677/1678

Jvstvs Cellarivs Posteaquam hybernis mensibus naturam corporum fossilium exposuit, futuro semestri doctrinam de Anima & corporibus animatis consveta industria illustrabit. [...] Docet hora V., Sommersemester 1678

[...] Privatim, absoluto jam collegio Physico-Sacro, universam doctrinam physicam ex curiosis recentiorum observationibus concinne adornatam deinceps exponet, aliis quoque exercitiis Academicis partim jam coeptis, partim adhuc instituendis vacaturus., Sommersemester 1678

Jvstvs Cellarivs expositis paucis quae in Historia animalium restant capitibus, Anthropologicas praelectiones hoc futuro semestri instituet. [...] Docet hora V., Wintersemester 1678/1679

[...] Privatos labores ad vota Studiosorum Juvenum componet illorum industriam sua fideli

manuductione adjuturus., Wintersemester 1678/1679

[...] Disputabit aliquoties de selectis e Philosophiae naturali depromptis argumentis, nec praetermittet denique in aliis studiosorum generibus juvenilia ingenia exercere., Sommersemester 1679

[...] Privatim scientiam naturalem ex observationibus curiosis recentiorum adornatam succincte tradet, peculiari deinceps opera ostensurus, quas commoditates Physica Experimentalis humano generi praestiterit. [...], Sommersemester 1679

Justus Cellarius quas nuper de Homine exorsus est praelectiones publicas, consveta industria pertextet. [...] Docet publice hora V., Sommersemester 1679

Justus Cellarius publicas de Anima humana considerationes pertextet, strictimque expositis materialibus ejus functionibus, paulo plenius de propriis spiritualis animae operationibus differet. [...] Docet hora V., Wintersemester 1679/1680

[...] Domi praelectiones suas, quibus prima Physicae fundamenta proposuit, propediem absolvet. Reliquas vero diatribas quibus selecta ejusdem Scientiae capita vulgo neglecta, aut perperam tradita, curiosius evolvit, debita industria continuabit, brevi significaturus quales labores novos Studiosorum desideriis accommodatos sit suscepturus., Wintersemester 1679/1680

Justus Cellarius futuro hoc semestri universam doctrinam Physicam per succincta Theoremata viva voce uberius illustranda proponet, quaeque ita singulis hebdomadis exposita fuere, constituto certo Respondentium numero, semel ad disputandum revocabit. [...] Docet hora V., Sommersemester 1680

Privatas operas ad vota Studiosorum Juvenum, quae jam tum ex parte intellexit, porro ordinabit, illorum industriam ac sciendi cupiditatem sua fideli manuductione nunquam non adjuturus., Sommersemester 1680

[...] privatas interea exercitationes consueta diligentia continuaturus, novasque, quas jam tum noni Studiosorum Academiae Civium expetiverunt, adjuncturus., Wintersemester 1680/1681

Justus Cellarius reliqua partis Physicae specialis capita, ea qua hactenus usus est ratione, porro exponere perget, singulisque hebdomadis ea, quae tradita fuerunt, semel ad disputandum revocabit. Absoluto hoc labore, quod brevi futuram sperat, vel denuo integram scientiam naturalem proponet, vel seorsim tractationem de Affectibus Animi suscipiet [...]. [...] Docet hora V., Wintersemester 1680/1681

Justus Cellarius, completis praelectionibus ac disputationibus publicis, quibus hactenus universae Scientiae Physicae capita illustravit, binis futuri semestris mensibus nobilem doctrinam de Affectibus animi ex principiis physicis explicabit, exorsurus deinde compendiosam totius Physicae explanationem.[...] Docet hora V., Sommersemester 1681

[...] Privatas exercitationes porro desideriis Studiosorum Civium Academicorum accommodabit, hactenus susceptas fideliter continuaturus, novasque propediem significaturus. Nuperae disputationi de penetrabili Effluviolorum efficacia in afficiendis animalium corporibus unam alteramque aliam de selectis argumentis subjunget., Sommersemester 1681

Justus Cellarius postquam prioribus elapsi semestris mensibus insignem doctrinam de affectibus animi proposuit, deinceps integram scientiam naturalem convenienti ordini tradere coepit, ejusque partem generalem absolvit, futuro semestri partem specialem explanaturus., Wintersemester 1681/1682

Privatim industriis gratisque auditoribus suam operam, quotquot eam expetiverint, promte pollicetur., Wintersemester 1681/1682

Justus Cellarius quae in parte Physices speciali adhuc de Anima dicenda restant brevi expediet. Tum

vero vel seorsim de nobili quodam scientiae naturalis capite tractationem instituet, vel integram illam disciplinam denuo proponet. Universam praeterea scientiam Physicam succinctis disputationibus publicis complectetur, si certum Respondentium numerum praesto futurum cognoverit., Sommersemester 1682

Privatas Exercitationes intra paucos dies absolvet, similes quae vel etiam alius generis pro desiderio Studiosorum auspicabitur. Subjunget tandem unam atque alteram Disputationem de selectis argumentis., Sommersemester 1682

Justus Cellarius praelectiones publicas nuper coeptas, quibus universae scientiae naturalis capita ex observationibus atque experimentis recentiorum potissimum illustrat, porro continuabit & hoc semestri absolvet., Wintersemester 1682/1683

Privatas Exercitationes desiderii Auditorum accommodabit [...]., Wintersemester 1682/1683

[...] nec publicas disputationes, data occasione, praetermittet., Wintersemester 1682/1683

[...] nec deerit illis qui vel publica vel privata Exercitia disputatoria praestolabuntur., Sommersemester 1683

Justus Cellarius Professionem S. Theologiae Ordinariam a Seren[nissi]mis Principibus clementissime nuper demandatam solenni ritu propediem cum propitio Numine auspicabitur, & praemiis jucunda sacrisque Studiosorum commodis multum inservitura Introductione in Lectionum Codicis V. T., selecta inde dicta probantia secundum seriem Locorum Theologicorum digesta excerptet, & dilucide interpretabitur, monstrato simul in singulis dictis usu Homiletico, pro informatione eorum, qui illos textus in sacris ad populum concionibus tractare cupiunt., Sommersemester 1683

Privatas operas vel in expositione Augustanae Confessionis, vel tradenda Theologica Morali pro desiderii Studiosorum, collocabit [...]., Sommersemester 1683

Justus Cellarius quae in Introductione sua in Lectionem V. T. de Versionibus, nec non de Accommodatione & citatione locorum V. T. in N. facta, exponenda restant, brevi expediet, & tum loca probantia V. T. secundum ordinem Locorum Theologicorum disposita interpretabitur., Wintersemester 1683/1684

Privatim Exercitium Homilecticum Practicum propediem auspicabitur [...]., Wintersemester 1683/1684

[...] nec disputatoria publica, occasionem nactus, intermittet., Wintersemester 1683/1684

Justus Cellarius deposito Magistratu Academico, quam jam nunc gerit, clementissime demandatam Professionem N.T. statim auspicabitur, eaque, non obstantibus variis occupationibus Ecclesiasticis, Deo valetudinem largiente, assidue ac fideliter perfungetur difficiliora N.T. loca interpretaturus., Sommersemester 1684

Justus Cellarius Postquam, deposito Magistratu Academico, hactenus nona ad introductionem Codicis N.T. pertinentia proposuit, in expositione difficiliorum N.T. textuum debita fide & assiduitate progredietur. Docet hora nona., Wintersemester 1684/1685

Justus Cellarius D. Expositionem difficiliorum N. T. locorum superiori autumnio coeptam hactenus sedulo continuavit, & S. Matthaei singula capita perlustravit, selectis inde iis potissimum locis, in quibus aliquid difficultatis latere videbatur. Expositis porro quatuor postremis, quae restant, sacri hujus Scriptoris capitibus, ad reliquorum Evangelistarum interpretationem similiter progredietur. Docet hora nona., Sommersemester 1685

### Dissertationen (6)

De Natura Panis Exercitatio Academica, 04.10.1676. VD17 23:255625H

De Quaestione Utrum In Iure Naturali Fieri Possit Dispensatio? Dissertatio Moralis, 16.12.1671.

VD17 1:004586Z

De Viventibus Sponte Nascentibus Dissertatio Academica, 03.05.1679. VD17 3:016375M

De Penetrabili Efficacia Effluviolorum In Afficiendis Corporibus Animalium Disputatio Physica, 19.03.1681. VD17 23:255634G

De Antiquo Funerum Ritu Exercitatio Academica , 30.09.1682. VD17 23:252231Z

Utrum in jure naturali fieri possit dispensatio?, 16.12.1671. VD17 1:004586Z

### **Beteiligung an Dissertationen (1)**

Gratulant in: Cellarius Justus (Präses): De Viventibus Sponte Nascentibus Dissertatio Academica, 03.05.1679. VD17 3:016375M

### **Reden und Programme (4)**

Justus Christoph Cellarius: Programma Disquisitionibus Physicis publice instituendis praemissum, 12.06.1680. VD17 7:634743K

Justus Christoph Cellarius: Programma Quo Liberalis Doctrinae in Academia Iulia Studiosi ad Publicas praelectiones invitantur. VD17 23:258568Q

Justus Christoph Cellarius: De Ratione Libere Philosophandi In Pervestigandis Cumprimis Rebus Naturalibus Oratio, 18.12.1674. VD17 23:258563B

Justus Christoph Cellarius: Panegyricus Serenissimis Brunsvicensium Et Luneburgensium Ducibus Academiae Iuliae Nutritiis Benignissimis Secundi Academici Seculi Natali primo Idib. Octobris Anni MDCLXXVII. celebrato dictus. VD17 23:264851G

### **Zitierhinweis**

Prof. Justus Christoph Cellarius. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-40-cellarius> [07.07.2026]